



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 1. Ad quid tenetur corruptor Virginis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

cuere damnum boni superioris ordinis per bona inferioris. Vide dicta, p. 2. cap. 6. q. 6.

Dixi, *hominis liberi*. nam pro vita animalis, vel mancipii, solvi debet, quanti vendi poterant: pro mutilatione vero, quanti minoris inde aestimantur; quia vita servi, & animalis pretio aestimatur; & sic ad æqualitatem compensari potest.

**Q. 18.** *An tenetur ad restitutionem, qui putans occidere Petrum, occidit Paulum, quem invincibiliter putabat esse Petrum?*

**R.** *Aff. Ex L. 18. ff. de injur. quia revera voluit iniuste occidere hunc hominem individuum, qui est re ipsa Petrus, quamvis putaret esse Paulum. Sive quia voluit iniuste occidere hominem, & re ipsa iniuste occidit hunc, qui est Paulus. Ita *Rebellus*, & alii. Unde non minus tenetur ad restitutionem, quam teneretur, si incendisset domum Titii, putans eam esse Caii.*

### CAPUT III.

*De Injuriis in corpus proximi per stuprum  
& adulterium, & de necessaria  
restitutione.*

**Q. 1.** *A* **D** quid tenetur corruptor Virginis?

**R. 1.** *A* **E** *x communi, qui Virginem spon-*

*R. 2* *tè con-*

re consentientem, & absque ullâ vi, fraude, dolo, importunitate precum, & promissione matrimonii vitiavit, ad nihil ei tenetur; quia scienti, & sponte consentienti, non fit injuria, ex Reg. Jur. 27. in 6.

Sed tenetur ad aliquam satisfactionem honorariam erga parentes puellæ adhuc sub patria potestate existentis, per signa doloris, submissionis, petitionem veniæ, &c. si crimen rescient. Ita Cajet. Navar. Valent. Rebell. & alii. cum S. Antonin. 2 p. tit. 5. cap. 6. ubi ait. *In foro conscientiæ, si deforat eam voluntariam, non tenetur ei, Patri autem tenetur, quia injuriatus est ei. Unde in aliquo satisfaciat, vel saltem eum placet.* Nam violavit jus custodiæ, quod habet circa illam Pater: Pater enim habet jus custodiendi, & tuendi integritatem corporis suæ Virginis. Item familiam decoravit. Quòd si ideo parentes majorem postea dotem conferre debeant Filiæ, ut nubat juxta suam conditionem, tenetur corruptor hoc damnum resarcire, cùm sequatur ex injuriâ à se ejus parentibus illata, sicque ipse sit causa illius injusta. Ita Azor, Navar. Valentia & alii multi.

Porrò tenetur mulier alere prolem à partu usque ad 3. annum. Ab anno tertio & deinceps ipse corruptor, donec proles possit sibi providere: imò ab ipso partu, si Mater non possit, vel ipse ad id se obligârit. Si verò duo eandem fœminam cognoverint, & dubitetur,

uter

uter sit Pater, uterque tenetur æqualiter hoc onus sustinere, cùm æquale sit de utroque dubium, & uterque certò posuerit actionem per se generativam. *Ita communis.* Quòd si hospitali exposita fuit proles, debent parentes ei restituere impensas: nam hospitale solum fundatum est pro pauperibus gratis alendis, non pro aliis, nisi suo sumptu. *Est communis sent.*

*Resp. II.* Qui vi, minis, aut fraude, vel falsis persuasionibus vitiavit Virginem, absque promissione matrimonii, tenetur compensare omnia damna Virgini, & ejus parentibus inde obvenientia: quia est illorum causa per injuriam: ergo tenetur ea resarcire pecuniâ, vel eam duçere, si aliter resarcire nequeat. *Invitam,* & seductam si constupravit, injungendum est sibi, quòd satisfaciat ad arbitrium boni viri, vel cum ea componat. *Etsi promisisset eam ducere in uxorem, ut copulam ab ea extorqueret, servet promissum:* & hoc nisi nimis distans esset eorum conditio, putà mulier plebeia, vir nobilis, & potens: ait S. Antonin. loco cit. In foro autem externo in pœnam obligabitur ad eam dotandam, & ducendam, licet nuptias non promiserit, ex cap. I. de Adulterio.

Quòd si puellæ ejusque parentibus nulla obvenerint damna; quia res mansit occulta, & ipsa æquè commodis potita est nuptiis; stuprator juxta multos non tenetur, nisi ad satisfactionem honorariam, putà petitionem venia, &c. Quia nihil debetur pro ipsa defloratione

tione pudicitiae, cum sit irreparabilis, & pretio non estimabilis, neque pro alio damno inde secuto, cum nullum reipsa secutum sit.

Non pauci tamen probabilius docent pro solo damno Virginitatis injuste violatae fieri debere compensationem pecuniariam, vel aliam arbitrio boni viri: quia nempe damnum irreparabile in bono superioris ordinis compensandum est per bona inferioris ordinis, vide dicta p. 2. cap. 6. Quod si jam nupta damnum aliquod patiatur; quia res v. g. innotuit marito, &c. Certum est stupratorem teneri haec damna resarcire, cum ex ejus injuria sequantur.

*Not.* Metus reverentialis conjunctus cum metu mali injuste inferendi, sufficit, ut stuprator teneatur ad restitutionem, si nempe puella, vel alia mulier, ob auctoritatem sollicitantis, & ex reverentia erga eum, & metu patiendi aliquod malum injustum, non audeat resistere: nam licet talis metus non excusat a culpâ; facit tamen, ut consensus non sit omnino voluntarius, seu ut sit mixtus involuntario, nec sufficiat ad valorem donationis simili metu extortae: ergo retinerrationem injurie, ac proxinde damnum sequens est injustum, parique obligationem restituendi. Secus, de munieribus, blanditiis, quae non minuunt, sed potius augent voluntarium; item de precibus, quae non injiciunt metum mali injuste postea inferendi.

rendi, nec continent vexationem injustam,  
De Lugo.

*Resp. III.* Qui promissione matrimonii mulierem corruptit, is tenetur eam ducere, sive verè, sive fictè promiserit. *Est communis*, nam si verè ex animo promisit, tenetur eam ducere: quia hæc promissio fuit verus contractus onerosus, sub conditione, quæ fuit impleta ab una parte: ergo altera tenetur illum ex parte sua compleere, cùm id licet præstare possit.

Quod si matrimonium fictè promiserit, ex communi tenetur adhuc illud inire: quia qui exigit aliquid ab alio per fictam promissionem, iniuste decipit, & facit iniuriam, violando ius, quod quisque habet, ne per deceptiōnem aliquid ab eo exigatur: ac proinde deceptor tenetur deceptionem injustam, ac iniuriam tollere eliciendo verum consensum, atque illo mediante veram promissionem facere, & factam præstare. Et alioqui infinitis fraudibus commercia humana paterent, & in illis esset inæqualitas. Deinde nemini sua fraus patrocinari debet, ut monent jura. Igitur non sufficit mulierem sic corruptam dotare, vel pecuniâ damnum resarcire, si ipsa non consentiat; nam ipsa non consensit in copulam, nisi ut seductori nuberet. Nec huic licet Religione ingred; quia non potest nisi matrimonio injuriam resarcire, ad quod ex justitia tenetur. Idem dic si animo facto cum ea per verba de præsenti contraxit, eo tantum fine,

ut eâ potiretur, ut docet S. Thom. in 4. dist.  
28. a. 2. ad 4. Quamvis enim matrimonium  
tunc sit nullum, tamen manet obligatio, eam  
ducendi, si ipsa velit; ratione scilicet injuria  
resarcendiæ; nec satis est pecuniam dare, cùm  
in propria specie satisfieri possit; nam non  
potest creditori invito unum solvi pro alio,  
quod debetur, l. 2 ff. *De rebus credit.* quia ha-  
bet jus ad id, quod sibi debetur. Excipiuntur  
aliqui casus, in quibus stuprator non tenetur  
corruptam ducere, etiamsi id verè promiserit;  
sed tunc tenetur solum aliter, v. g. pecuniâ  
damnum inde secutum compensare. 1. Si illa  
fixxit se virginem, nobilem, divitem, cùm  
non esset: quia injustè decepit, & in injuriis  
datur compensatio. Imò idem docent multi,  
si ipse non ab ipsa deceptus falso putavit esse  
virginem; quia hæc est sufficiens causa dissol-  
vendi sponsalia, ideoque recedendi à promis-  
sione, modò damnum aliter resarcitur. 2. Si  
puella nolit ei nubere, vel parentes nolint eam  
tradere. 3. Si inde prudenter timerentur gra-  
via mala, ut infelices exitus, graves discordiæ  
inter Familias, grave scandalum, &c. nam  
tunc mulier non est rationabiliter invita, mo-  
do damnum aliunde resarcitur. 4. Si aliquod  
impedimentum legitimum intervenerit, ut si  
facros ordines suscepisset, quamvis illicite. 5.  
Si foemina deflorata postea cum alio fornice-  
tur: quia promittenti fecit injuriam, & ju-  
stam dedit causam recedendi à promissione.

Idem

Idem censet Sanchez quoties supervenit mutatio, seu causa gravis sufficiens ad sponsalia dissolvenda. 6. Si facta fuerit promissio, & hanc fictionem foemina potuerit deprehendere ex verborum ambiguitate, aut aliis conjecturis claris, vel ex magna disparitate conditionis sibi notâ, ut si seductor sit nobilis, vel opulentus, & ipsa plebeia, & pauper. Ita S. Thom. in 4. dist. 28. a. 2. ad. 4. ubi ait non teneri ducentre. Si sit multò melioris conditionis, aut aliquod signum evidens fraudis fuerit. tunc enim puella seipsum stultè decepit, & sibi deceptionem imputare debet. Damnum tamen inde secutum resarciri debet, ut ipsa alteri sibi æquāli nubat, vel si nubere nolit, reponatur in statu honesto, ubi decenter vivere possit: quia promissio illa involuntarium aliquid effecit; nam puella, si certò fraudem novisset, non consensisset, & sic injuriam aliquam passa est.

Quòd si mulier disparitatem illam in nobilitate, divitiis, &c. ignorārit, & alter nuptias factè promiserit, juxta multos non tenetur etiam eam ducere, sed solum pecuniā satisfacere arbitrio prudentum, ut possit æquè honestè, ac commodè alteri nubere, ac si corrupta non fuisset, ut in dicat S. Thom. loco cit. quia seductor ratione injustæ deceptionis, solum teneatur ad restituendum, quantum foeminae intererat poni consensum illum, quem apprehendebat, & quem volebat pro sui corporis pretio: nam per hoc tollitur deceptio injusta

R. 5. mulie-

mulieris, & reponitur æqualitas. Ipsa autem non apprehendebat, nec petebat consensum tanti valoris, sed minoris; quia non cognoscet conditionem, ac dignitatem promittentis. Quem proinde consensum non potest deceptor reddere, nisi reddat simul multo plus, quam fœmina petiit, & quam ipse debet. Quare deceptor tunc solum tenetur reddere in æquivalenti, tantum pecuniæ dando, quantum sufficit, ut nubat viro æqualis conditionis; nisi tamen jurasset eam ducaturum, nec dispensationem obtinuisse; nam ducere teneretur non vi promissionis factæ, sed vi iuramenti, & reverentiæ Deo debitæ, ne Deus adductus sit in testimonium falsi.

Porro vir superioris conditionis, qui verè nuptias promisit, ad eas tenetur, nisi grave scandalum inde merito timeretur. *Sánchez, Azor, De Lugo, Lessius & alii.* Quia tunc jure suo cessit, & ratione promissionis veræ & acceptatae debitus est excessus, ad quem reddendum voluit se obligare. Et verò Sponsalia inter inæquales valent, & obligant: ergo multo magis erunt valida, quando in compensacionem fœmina sui corporis usuram concessit. Quare si aliam dicit, tenetur compensare, quantum fœminæ intererat habere ipsum invitum; cum tantumdem damni ei injustè intulerit; mulier enim per promissionem sibi factam, sub onere à se impleto, acquisivit Jus ad rem promissam tanquam ad aliquid sibi debitum ex Justitia.

Quod

Quod si mulier corrupta nolit nubere sedutori volenti promissum complere, is juxta multos non tenetur eam dotare, si sit æqualis conditionis, ex Reg. Jur. 41. in 6. imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum. & ex hac 66. ibid. Cūm non stat per eum, ad quem pertinet, quod minūs conditio impleatur, haberī debet perinde, ac si impleta fuisset.

Enimverò nuptias solum promisit, & mulier non habet justam causam aliud exigendi loco illarum. Sed juxta Panormit. Tenetur eam dotare, si foernina sit longè melioris conditionis, nec velit ei nubere; quia damnum, & dedecus illatum non resarciretur talibus nuptiis, sed novum inferretur. Quod verum est, si damnum, & dedecus familiæ inde sequeretur; nam mulieri non fuit iniuste illatum, si (ut suppono) sine vi, & fraude, sed sola promissione matrimonii adducta consensit in copulam, sciens inæqualitatem conditionis.

Sed quid, si is qui vera, vel ficta promissione matrimonii seduxit, aut stupravit, nec potest satisfacere nisi nubendo, habeat votum castitatis, aut Religionis?

Resp. Si votum secutum sit deflorationem, ex communi, tenetur ducere: quia jam anterat Jus strictum foeminæ acquisitum, & obligatio eam ducendi. Quare votum votum non

non potuit esse de non contrahendo hoc matrimonio, alioqui nullum esset, cùm sit de re illicita. Sicut invalidum est votum dandi pauperibus id, quod jam alteri debitum est ex Justitiâ.

Si autem votum præcesserit copulam, adhuc *juxta communem, aut saltem communiorem,* tenetur eam ducere; saltem post obtentam dispensationem voti, quam tenetur petere, si hæc votum ignoravit. **Quia** 1. *executio voti, non ineundi matrimonium, jam facta est ei illicita respectu talis mulieris, cùm fieri nequeat sine gravi eius iniuria.* 2. **Quia**, inquit De Lugo, obligatio voti provenit solum ex libera voluntate gratuita voventis, qui sibi imponit tales obligationes. Non potest autem aliquis velle se obligari tali genere obligationis in præjudicium Juris alieni, quia non potest ipse propria auctoritate alieno Juri derogare. Unde votum involvit hanc conditionem tacitam si potero implere sine præjudicio Juris alterius. 3. Si quis vovisset dare omnia bona sua pauperibus, si postea gravem iniuriam in bonis alteri inferret, teneretur restituere per bona voto promissa pauperibus. 4. Tunc potest, & debet petere dispensationem voti, seu dilationem executionis eius: quivis enim tenetur adhibere media licita necessaria ad actum Justitiae exercendum. Si tamen fœmina scivisset votum, tunc corruptor non tenetur eam ducere: quia illa non bona fide contra-

xit

xit, cùm videret eum non posse licitè nuptias promittere; nisi forte ipse ei persuaserit se facile obtenturum dispensationem, quo casu tenetur eam sibi comparare.

*Quid dicendum de seductore mulieris non Virginis?*

*Resp.* Patet ex dictis. Itaque qui viduam honestam, vel mulierem ab alio corruptam, sed quæ passim virgo habebatur, promissione matrimonii etiam simulata seduxit, tenetur eam ducere, si ipsa velit: nam hæc promissio facta est in modum contractus, do, ut facias: cùm mulier det sui corporis usum, ut ille promissa perficiat. Quòd si fictè promisit, adhuc tenetur: quia tenetur tollere deceptionem, & injuriam illatam. Si autem vi, aufraude sine tali promissione seduxit, tenetur antè sententiam judicis damna inde secuta compensare, cùm sit iniusta illorum causa.

*Q. 2. Ad quid tenetur, qui sub promissione matrimonii consanguineam violavit?*

Sic respondet De Lugo, Si impedimentum sit tale, in quo Papa nunquam soleat dispensare, ut inter consanguineos in 1. Gradu transverso, vel certè in quo non soleat dispensare, nisi ex gravissima causa, qualis tunc non datur; tunc promissio est invalida propter impossibilitatem rei promissæ: ac proinde solum erit obligatio satisfaciendi, & resarcendi damnum

alio